

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Beneficiencia siue beneficium ap
cum fontibus primis

Nichil carius estimamus
quam beneficium quamdiu petimus,
nichil uilius quam cum accepimus.

Nihil carius aestimamus
quam beneficium quamdiu petimus,
nihil vilius cum accepimus.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 81.28 (L. Reynolds ed., vol.1, p.270, ll.13-15).

Vnum bene positum beneficium
multorum amissorum dampna restaurat.

Sequens sensus mirificus est, qui
uno bene posito beneficio
multorum amissorum damna solatur.

Seneca ibidem (libro IIII. de beneficiis).

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*,
1.2.2 (F. Préchac ed., vol.1, p.6).